

*93. Instrumentum donationis in
favore della chiesa cattedrale
di S. Gerardo di Potenza*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*93. Instrumentum donationis in
favore della chiesa cattedrale
di S. Gerardo di Potenza*

1406-07-16

(c. 21r) † In nomine domini nostri Iesu Christi.
Anno nativitatis eiusdem millesimo quatricentesimo
sexto, regnante illustrissimo domino d(omi)no nostro
Ladizlao Dei gratia Hungarie, Hierusalem, Sicilie,
Croatie, Dalmatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie,
Comanie, Mulgarieque rege, ducatus Apulie, principatus
Capue, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comite,
regnorum vero eiusdem anno vicesimo feliciter amen,
die decimo sexto mensis iulii, quarte decime indictionis,
apud civitatem Marsici.

1

Nos Thomasius Capanus de eadem civitate, ipsius
civitatis in eodem anno ditte quaterdecime indictionis
annalis iudex, Stabilis not(arii) P(er)ri de Piceno, incola
ditte civitatis Marsici, ubilibet per regnum Sicilie
puplicus regia autotitate notarius et subscripti testes
ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto
puplico instrumento fatemur, notumfacimus et testamur
quod dum quondam venerabilis in Christo pater et
dominus Iacobus de Padula, episcopus Marsicensis,
tempore vite sue suu(m) nuncupatum, finale et
ultimum (con)didit testamentum, quod in puplicam
formam fide vidimus oculata fattum et scriptum
per manus mei preditti notarii, omni sollempnitate
fallatum. In quo quidem testamento continebatur ipsum
quondam dominum episcopum, solutum suum predittum
ultimum testamentum, de omnibus legatis in eo, illud
bonorum suorum remanentium remisit, cessit et plenam
autoritatem dedit et potestatem Aymetto de Potentia,
habitatori dicte civitatis Marsici, et Margarite uxori
Antonelli de Auricula, de eadem civitate Marsici,
Così S per Bulgarieque

epitropis et exequtoribus ditti testamenti liberare et assignare pro salute anime quondam eiusdem testatoris, ad arbitrium et voluntatem prefatorum epitroporum et exequtorum ut supra. Ipsi quidem epitropi et exequtores Minottus et Margarita, autoritate qua in testamento contenta, nullo iure cogente, sed eorum mera libera et spontanea voluntate, palam, puplice et bona fide, absque quolibet // (c. 21v) vitio doli vel metus atque cuiuslibet alterius fraudis seu pravitatis ingenio, donaverunt, assignaverunt et traddiderunt domino Iacobo Veritte de civitate Potentie, preposito ecclesie Santi Gerardi de Potentia et diacono Angelo de Viola de Potentie, sacristano ecclesie prelibate, nomine et pro parte luminarie ecclesie preditte Santi Gerardi de Potentia, pro salute anime et remissione peccatorum ipsius quondam domini episcopi testatoris, inperpetuum et insolutum, terram unam quam ipsi epitropi dixerunt fuisse ditti quondam testatoris, superstitam de dittis bonis legatis per prefatum quondam testatorem, sitam et positam in territorio ditte civitatis Potentie, videlicet in contrata ubi dicitur la Margina, in fine ab uno latere vie puplice, ab alio latere <in> fine R(iccar)di cantoris civitatis preditte Pot(entie) mediante comuni limite, ab alio latere <in>j fine alterius R(iccar)di ditti cantoris<sic>, que dicitur Podius Donne Argente, mediante comuni limite et aliorum confinium<sic>, ad habendum, tenendum, possidendum, utifruendum, donandum, dominandum, vendendum et alienandum et de ipsa et in ipsa terra faciendum tamquam de re propria ipsi luminarie omni tempore in futurum et quicquid per eandem luminariam fiendum utile visum fuerat, cum viis, attibus, iuribus, rationibus et (con)stitutionibus pleno iure ad eandem luminariam; renuntiantes et concedentes preditti epitropi

prefatis domino Iacobo et diacono Angelo vel altero, nomine et pro parte ditte luminarie, ut quicquid de bonis superstitibus, tam mobilibus quam stabilibus, ditti quondam testatoris ipsi possent inquisire et inquisita apprehendant seu apprehendi facere et manuteneant et defendant ut de iure est expositum de terra preditta assignata eisdem et autoritate qua supra, licet prefati epitropi et exequutores ditti testamenti ass(ignati) silicet olim in anno nuper preterito tertie decime indictionis <sic> ditte luminarie dittam // (c. 22r) terram, ut dixerunt, dederunt et traddiderunt modo ut supra. Promittentes preditti epitropi et exequutores donationem ipsam per se ipsos et eorum her(edes) firmam, ratam et gratam semper habere et contra eam non venire aliquo tempore in futurum; tattis exinde Evangeliiis sacrosantis quod si non fecerint aut donationem ipsam infringerint vel contra eam aliq(ui)d optemptaret, obligaverint se ad penam dupli extimationis ditte rei, solvenda pro medietate curie ubi exinde fierit reclamatio seu querela, et alia medietate dittis domino Iacobo et diacono Angelo vel altero nomine et pro parte ditte luminarie, me preditto notario penam ipsam pro parte curie stip(ulan)te; soluta pena ipsa sine strepitu iudicis et oblatione libelli et sola tamen presentis instrumenti obstensione, donatione nihilominus in suo semper robore duratura; renuntiaveruntque preditti epitropi et executores ut supra omni legi, <beneficio> canonum etiam et decretorum quod eis posset iuvamen aliquod inpartiri de cuius assignatione et donatione. Ipsi dominus Iacobus et diaconus Angelus, nomine et pro parte luminarie preditte, fieri petierunt competentem cautelam <et> nos predittos iudicem et notarium requisiverunt et testes et nostrum in hoc officium imploraverunt

ut de assignatione et donatione ditte terre et aliorum bonorum inquirendorum per eos fatta per predittos epitropos et executores eiusdem, nomine et pro parte qua supra, sibi faceremus puplicum instrumentum. Nos enim preditti iudex, notarius et testes subscripti, ad petitionem ipsorum domini Iacobi et diaconi Angeli, nomine et pro parte qua supra, de predittis terra et aliis bonis inquirendis ut supra, causa testamenti preditti et donatione dittorum bonorum fatta eisdem per epitropos supradittos, fecimus hoc presens puplicum instrumentum, quorum requisitionibus iustis ut pote fattis quia nemini nostrum officium, quod est puplicum, denegare possumus nec debemus, maxime quia in predittis omnibus fuimus personales. // (c. 22v) Scriptum per manus mei notarii preditti, signo meo solito signatum et ad cautelam dittorum domini Iacobi et diaconi Angeli, nomine et pro parte qua supra, et certitudinem fattum est exinde presens puplicum instrumentum, per manus mei preditti notarii puplici, signis et subscriptionis qui supra iudicis et subscriptorum testium qui interfuerunt roboratum.

2

3

4

Così S per Picerno (da docc. coevi)

Sconosciuto al Gams, *Jacobus de Padula*, presbitero potentino, fu eletto vescovo di Marsico il 22 aprile del 1384; Eubel, *Hierarchia catholica*, I, p. 328. «Morì nel 1400 circa»; Colangelo, *Cronotassi dei vescovi*, p. 211.

Così S per nuncupativum

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

Quod scribsi ego predittus notarius qui predittis omnibus
rogatus interfui et meo solito signo signavi. (SN)
Ego Tomas Capanus qui supra annalis iudex manu

Così S per vallatum

Così S, all'accusativo piuttosto che al nominativo

Così S, in luogo dell'ablativo

Così S qui, in seguito Minotto

Così S qui, in docc. coevi Ventre

Dubito dello scioglimento

Così S per Argentie (da docc. coevi)

Così S per? actionibus

Così S per? sibi competentibus

Così S per attemptaret

Così S per terre

Così S per personaliter

Dubito dello scioglimento

propria Ego Nicolao de Matteo testis sum Ego
 Iacobus sperinzanus de Marsici testis sum Ego
 Ioannes Salamonis testis sum Ego dominus Antonius
 de Silvestro testis sum Ego diaconus Franciscus
 Romazanus testis sum Ego dominus Iacobus de Borrello
 testis sum